

# Dominica in Quinquagesima.

125

sibi fecisset Deus ceteris nuntiaret. A lationum æquazmini perpessione; & si-  
cet Christus satisfecit pro peccatis no-  
stris, ita & nos per lachrymas & affli-  
tiones pro eis satisfaclamus. Tertio.  
In omnium mundanorum; inanium  
que bonorum contemptu, & vera vi-  
que ad mortem humilatione. In sermo-  
nibus de tempore a fol. 106. pag. 2. ad fol.  
107. pag. 2.

\* Censent alii hanc homiliam esse Ioann.  
Nepotis Sylu. Hierosol. & inter eius opera re-  
ferunt Tom. I. pag. 557. col. 1 usque ad pag.  
563. col. 1.

\* DIONYSII CARTHUSIANI;  
in hodiernam Epist. serm. 1. in quo for-  
ma examinata simus in charitate; ha-  
betur. Primo: Si conscientia de mor-  
tali aliquâ culpâ conscientia sit? Secundo,  
qua sunt Charitatis proprietates &  
actus in nobis. Tertio. Si communem  
salutem & profectum desideremus? Si  
enim conscientiam puram, charitatis  
proprietates, & salutis communis ha-  
bemus desiderium in charitate sumus.  
In sermonib. de temp. a fol. 103. pag. 2. ad  
fol. 104. pag. 1.

Eiusdem sermo 2. Amoris spiritualis  
estatici signa ex amore carnali estatico  
disce: cuius I. est. Multa concipere in  
absentiâ, sed pauca loqui & ea imper-  
fectè. II. Membrorum desiccatio. III.  
Oculorum concavitas. IV. Oculorum  
ficcitas, seu lachrymarum carentia. V.  
Pulsus inordinatus. VI. Profunda co-  
gitatio verba ad interiora. VII. Amor  
in rem reidilecta consumilem. In sermo-  
nib. de temp. a fol. 104. pag. 1. ad fol. 105.  
pag. 1.

Tertiâ concione hominem ad Deum  
ordinari afferit per intellectum, pro-  
pter cuius illuminationem fides ei da-  
tur; per voluntatem, vt in Deum ten-  
dat & ad hoc datur ei spes; & cum te-  
neat & amplectetur, & ad hoc charitas  
infunditur. Charitas autem facit ho-  
minem recedere à malo & vitiis resi-  
stere, occupari circa profectum in bo-  
nis, in Deo requiescere. Ex sermonib. de  
temp. fol. 105. a pag. 1. ad 2.

Eiusdem, in Euang. sermo primus,  
sive exhortatio ut Christi conformem-  
ur passioni ipsum imitando: Primo,  
In paupertate, omnia temporalia bo-  
na relinquendo, vel saltem non im-  
moderatè amando, nec ea spiritua-  
libus præferendo. Secundo. In tribu-

Eiusdem, secundus sermo. Vbi agi-  
tur de spirituali significatione eorū  
qua cæco illuminato contigerunt. I.  
Per eum intelligi potest genus huma-  
num, quod fuerat ex maiori sui parte  
variis vitiis excœcum. II. Vt quis-  
que peccator, omne enim mortale pec-  
carum mentem obtenebrat directè:  
B indirectè vero, abundantia diuitia-  
rum, delicata cibaria, mollities ve-  
stium & lectorum, societas prava,  
naturalis pulchritudo, & amabilitas  
creaturarum. Ex sermonib. de tem-  
pore. A fol. 107. pagina 2. ad fol. 108.  
pag. 2.

Io AN. GERSONII sermo in Euangeli-  
um, tractat de inuidia qua Christum  
tradidit ad mortem, & mentem  
hominis excœcat: distribuitur autem  
in tres partes, quarum prima probat  
inuidiam aduersari, & esse contrariam  
Deo Optimo Maximo; secunda, mun-  
do & proximo; tercia, denique ipsimet  
homini inuido. Tom. 2. part. 4. columnā  
394. & sequentibus.

S. GREGORII MAGNI homilia in  
euangelicam lectionem ad populum habita,  
ratio prævisionis & prænun-  
tiationis Passonis Dominicæ tangitur,  
illumination cæci allegoricè exponitur  
& ad genus humanum appositè refer-  
tur, miraculi circumstantia perpen-  
duntur, orationis impedimenta no-  
tantur, modus illa superandi traditur,  
lux spiritualis commendatur, denique  
fideles ad Christum sequendū, &  
imitandum hortatur. tom. 3. homil. 2. in  
Euang. col. 5. 6. 7.

\* GUILLELMI PARISIENSIS  
sermo 1. in Epist. 1. Corinth. 13. si lin-  
guis hominum loquari & Angelorum, &c. In  
fauorem charitatis ex cuius nomine &  
præsentia elogia eruit. Primo: Dicitur